


Quinta etas mundi



Linea cristi Joseph.



Antea bte vgr marie

Iohannes baptista xpi ibi precursor ex sanctissimis parentibus Zacharia et Elizabeth natus. vir ab ipso matris sue utero sanctificatus. et inter mulierum natos (domino testante) non surrexit maior isto: quippe propheta et plus quam propheta fuit cum christi redemptorem digito monstravit dicens. Ecce agnus dei et cetera. Post transactis infantie annis lxx tenellus et parentibus antiquis unicus ob amore celestis patrie heremum petiit. Post hec cum trigessimam vite sue annum attigisset duodecimo imperij Tiberij cesaris anno procuratore pontio pilato iudea factum est verbum domini super eum in deserto. Et venit in omnem iordanis regionem: predicans baptismum penitentiae. eam ob rem multis ad eum concurreribus singulis qui buscumque interrogantibus: convenientia dabat responsa. Demum ab herode antipa paulo ante predicationem christi captus carceri mancipatus. Arguebat enim ipse dicens. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Et illa instigata per annos pedore carceris et maxima inedia eum macerari fecit: post annum adveniente die natalis herodis convocavit cunctos gallilee principes et nobiliores ad convivium: quibus epulantis herodiadis filia vocibus gestavit ac saltavit: et summe placuit regi: quod iuramento pollicitus est dare quocumque postulasset: a matre promonita: petiit caput Iohannis in disco. Rex contristatus propter iusiurandum missis spiculatoribus decolari eum fecit.

Decollatio sancti Iohannis baptiste precursoris domini.



Despolatio vgr marie.



Annunciatio dominica.

